UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Ludouico ep[iscop]o ordinis minorum. Cap[itulu]m. lxxvij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

¶ De ſanctis Johanne ⁊ Criſpo martyribus. Cap. lxxv.

Johãnes ⁊ criſpus preſbyteri Rome paſſi ſunt ſub diocletiano auguſto. Qui cũ inũdante pſecutione ipſius imparoris: multa ſctoꝝ corpa officioſiſſime ſepeliſſent: ⁊ ipi ab impatore tẽti: gladioqꝫ in xpi cõfeſſione ceſi: eorundẽ martyrum meritis ⁊ ipſis ſociati gaudia vite meruerũt. xv. kalen. ſeptembris: vt dicit Ado.

¶ De ſancto Magno ⁊ ſociis martyribus. Cap. lxxvi.

Magnꝰ martyr paſſus eſt in ceſarea Cappadocie tẽpore aureliani imperatoris ſub preſide alexandro. Qui ex ipſa ciuitate ortꝰ defunctis parẽtibus chriſtianis: ipſe in fide chriſti conſtãtiſſimus: dum oraret ad dñm: voce ſibi de celo lapſa ad martyrium confortatur. Quã vocẽ cũ audiſſent pagani euz tenuerũt: et in carcerẽ concluſerunt: ⁊ poſt dies quattuor pſidi eũ obtulerũt. Quẽ ſacrificare dñs recuſantẽ tradit preſes alexãdro ⁊ zozimo ſacerdotibꝰ idoloꝝ: vt eũ igne conſumerent. Qui miſerunt eum in caminũ ignis ardentis. Statimqꝫ flãma extinguit: ⁊ poſt dies tres martyr xpi inde illeſus educitur. Hoc preſes audiẽs caminũ amplius accẽdi fecit: ⁊ ipm iterum intromiſit: vbi quinqꝫ diebus incluſus ſtetit: flamma quoqꝫ in duas partes diuiſa: ipſe intactus omnino permãſit. ¶ Poſt dies quinqꝫ accedentes milites: vt vel oſſa eius inuenirẽt: audientes eum pſallẽtem reſpexerunt: et quaſi milia angeloꝝ cum eo viderũt. In quorum medio magnus inuſtus deũ laudabat. Cum autez iuſſu preſidis eductus eſſet: et chriſti virtutem preſes magie deputaret. Juſſit eum in amphitheatrum duci: ⁊ feras ei laxari. Et pᵃmo qdez vrſa peſſima ad eum dimiſſa: in terram pſtrata pedes eiꝰ lingebat. Deinde leopardus exiliẽs collum eius amplexus lingua ſudorem vultus eiꝰ extergebat. Tertio leo ferociſſimꝰ ⁊ ingens a venatoribus captus intromiſſus eſt. Et cum multitudo paganorũ eſſet intra amphitheatrũ anteqꝫ abirent: leo de manibus venatoꝝ proſiliuit: ⁊ in gentiles irruit. Angelus ꝟo arenariũ concluſit vt nemo aufugere poſſet. Et laniante leone multitudinẽ paganorũ ad mandatũ ſancti ſolus preſes cum officio ſuo illeſus permãſit: ⁊ leo ad caueã manſuetus rediit. Tũc exiẽs preſes omnes exire mandauit: ⁊ ſolũ magnum ibidem dimiſit: leoneqꝫ dimitti fecit: qui ad pedes eius procidit: ⁊ oſculabatur eum. Quo viſo miraculo duo milia. cccccxcvij. pagani in domino crediderunt. Qui omnes iuſſu alexandri preſidis decollati ſunt. Deinde eo mãdante gẽtiles populi ſanctum martyrẽ tulerunt: ⁊ extra vrbem eiectum lapidauerunt. Cumqꝫ ſuper eum aceruũ lapidum iactaſſent: eũqꝫ iam mortuum exiſtimaſſent: ſubito martyr chriſti cunctis audientibus dominũ orauit: vt ſuſciperet animã eius in pace: ⁊ ſtatim emiſit ſpiritũ. Cuius corpus a chriſtianis in ipſa ciuitate ſepultuz eſt in ſarcophago nouo. xiiij. kalẽ. ſeptembris. Martyrum ꝟo aliorꝫ corpora iuxta muros vrbis in cimiterio ſunt tumulata.

¶ De ſancto Ludouico epo ordinis minorum. Cap. lxxvij.

Ludouicꝰ epiſcopus tholoſanꝰ de ordine minoꝝ filius illuſtris regis karoli et regis roberti germanꝰ fuit. Qui cũ eſſet annorũ duodecim pro illuſtri domino karolo patri ſuo in catalonia obſes fuit. Cui aſtiterunt fratres minores: a quibus legem vite ⁊ diſcipline percepit: votumqꝫ domino vouit: qꝫ ſi de cuſtodia dimitteretur minorũ fratrum ordinem ingrederetur: virginitatem quoqꝫ ſuã domino perpetuo dedicauit. Sed poſt quadrienniũ dimiſſus paterne hereditati renũciare cupiens: cepit mũdi contemptor eſſe: miroqꝫ modo deo deuote ſeruire. Cumqꝫ pater ei vellet in coniugẽ ſororem regis francie tradere: oĩno contẽpſit: ⁊ extũc oĩno ad ordinẽ intrare diſpoſuit. Quez fratres eius robertus ⁊ karolus martellus totis viribus a pposito diſtrahebãt. Sed nil proficientes eũ clericari permiſerũt. Cũ autẽ ipm iam ſubdiaconũ effectũ papa vellet in epm ꝓmouere oĩno renuit. Contẽplatiue aũt vite totus intẽtus etiã actiue ſe exercẽs pauperibus largiſſiue miniſtrabat: carnẽ quoqꝫ mira penitẽtia macerabat. ¶ Factus tandem frater minor in vigilia dñice natiuitatis: ⁊ de licẽtia ſummi pontificis ſtatim profeſſus: eadẽ die p ſummũ pontificem pronũciatus eſt epiſcopus tholoſanus. Qui nõ obſtãte qꝫ eſſet epiſcopꝰ regularẽ ordinis profeſſionẽ ad litterã mirabiliter obſeruabat. Sicqꝫ eccleſiã tholoſanã verbo pariter inſtruẽs ⁊ exemplo ſanctitate pollẽs: dieqꝫ mortis ſue ante triduũ predicẽs anno dñi. M. ccxcv. xiiij. kalen. ſeptembris: cum eſſet annoꝝ xxxiij. feliciter emiſit ſpiritum. Sepultuſqꝫ eſt maſſilie iuxta qđ decreuerat miraculis clarẽs. ¶ Anno aũt dñi. M. cccxix. de mãdato pape iohãnis. xxij. corpus eius de terra leuatum eſt: ⁊ capſa argentea honorifice cõditũ: pſente rege roberto eiꝰ fratre: ⁊ multis platis ac clericis et populis infinitis. In cuius tranſlatione quiqꝫ

moꝛtui redierūt ad vitam: ⁊ multi infirmi a diuerſis languoꝛibus ſanati ſunt.

De ſctō Donato pſbytero. Cap. lxxviij.

Donatus preſbyter apud paguꝫ ſigiſtricū galliarū claruit. Qui ex vrbe aurelianeñ. ad eandē ciuitatem in monte qui dicit iura adueniens: anachoriticā vitā multis annis exegit: multiſqꝫ miraculis floꝛuit. Qui inter cetera draconem terribilē ſua oꝛatione inde fugatum extinxiſſe fertur. Cūqꝫ dies vocationis eiꝰ inſtaret: adueniente abbate mario diuinitꝰ admito: vt ad eum accederet. Inter verba oꝛationis migrauit ad xp̄m: ab eodem patre ibidē ſepultus. xiiij. kalen. ſeptembꝛis.

De ſancto Iulio ſenatore ⁊ martyre. Cap. lxxix.

Iulius ſenator ⁊ martyr rome paſſus eſt tēpore cōmodi imperatoris. Qui audita predicatione ſanctoꝝ euſebij: vincētij: peregrini: et potentiani: de quibꝰ dicet infra. viij. kalen. ſeptēbris conuerſus eſt ad xp̄m: ⁊ a ruſino preſbytero cum omni domo ſua baptizatus. Cūqꝫ omnia ſua pauperibꝰ erogaſſet: dum xp̄m confiteret a ceſare detētus et examinatus: atqꝫ magiſtro peditū vitellio traditus eſt: qui ab eodem in cuſtodia diebus pluribus recluſus: inde eductus: cum ſacrificare nollet: tādiu fuſtibus eſt ceſus: donec ſpiritum emitteret. Cuius corpus ante amphitheatrum dimiſſum: euſebius ⁊ ceteri predicti martyres ſepelierūt in cimiterio calepodij. qui paſſus eſt xiiij. kalen. ſeptembris.

De ſancto Heli ſacerdote. Cap. lxxx.

Heli ſacerdos ⁊ iudex iſrl' vnus et vltimus fuit īter iudices populi dei. Qui Eccleſiaſtici. xlvi. cap. in ſanctorum patrum veteris teſtamenti catalogo numerantur. Qui quāuis ex eo ꝙ remiſſus fuit in filios ſuos malos et preuaricatores legis domini corrigendos temporali pena mortis ſubite a deo punitus fuerit: quia tamē in ſe bonus ⁊ ſanctus extitit: credendū eſt ꝙ ſue ſanctitatis premia eternaliter non amiſit. Hic cum eſſet de genere aaron ſacerdos ⁊ iudex in iſrael coram arca domini in tabernaculo miniſtrabat in ſilo. Ipſe quoqꝫ predixit anne vxori helchane: que ſterilis fuerat filium ex ea naſciturū: vt tradūt hebrei: quem illa nouit domino ſe daturam. Cum autē heli duos haberet filios ophni ⁊ phinees: qui dominū neſciētes partem ſacerdotalem de ſacrificijs anteqꝫ adolerent: adipem tolebant ab offerentibꝰ crudum contra legem dei vt lautius ſibi pararent: eo quod non erat portio: ſed rapina: dormierunt etiam cum mulieribus obſeruantibus ad oſtium tabernaculi: ⁊ eas que venerant ad purificandū polluebant. Pater eorum hoc agnoſcens: tepide eos redarguebat: propter quod per virū dei reprobatus eſt a domino: ne ſacerdotio domus eius fungeretur: et temporali pena puniendus promittitur: vt ipſe mala morte cum filijs ſuis periret. Et cum heli ad taleꝫ dei comminationē quaſi redderetur īcredulus confidens de magna miſericordia domini. Et ſamuel adhuc puer oblatus domino a parentibus corā heli in tabernaculo miniſtraret: ⁊ heli iam ſenex eſſet: apparuit deus ſamueli: cumqꝫ tertio vocauit: ac idem predixit: ꝙ quicquid heli ſacerdoti comminatus fuerat: ad litteraꝫ adimpleret: vt dicetur infra cum de ſamuele agetur. Quod ipſe ſamuel heli interrogāti per omnia retulit. Cumqꝫ philiſtei in prelium contra iſrael congregati veniſſent: ⁊ quattuor milia ex eis occidiſſent: ⁊ ſeniores iſrael hoc egre ferentes adinuicem conſilium habuiſſent: arcā domini de ſilo in prelium ſecum tulerunt: ⁊ cum duobus filijs heli arcam comitantibus contra tra philiſteos iuerunt. Videntes autem philiſtei arcam domini timuerunt: ſed acrius ex hoc pugnantes iſraelitas fugere compulerūt: et ex eis triginta milia occiderunt: arca quoqꝫ dei capta eſt: et duo filij heli mortui ſunt. Heli autem ſacerdos pre ſenectute cecutiens ſedebat contra viam que ducit ad caſtra. Et cum audiſſet nuncium qui de prelio fugerat: ꝙ populus ceſus eſſet: et duo filij eius interfecti: ſiluit: et patienter tulit. Cum autem audiſſet arcam captam: propter dei reuerentiam moleſte tulit: et cadens de ſella retrorſum fractis ceruicibꝰ expirauit. Iudicauit autē iſrael quadraginta annis: et ſepultus eſt in ſepulchro patrū ſuorum: cuiuſqꝫ dies obitus certus non habetur: de ſamuele eius diſcipulo dicturus ipſum premiſi: quorum adinuicem geſta continuātur. Hec ex primo libro regum a principio vſqꝫ ad capitulū quartum: et ex dictis ioſephi ⁊ hieronymi atqꝫ ex hyſtoria ſcholaſtica ſumpta.

De ſanctis Helchana ⁊ Anna eius vxore. Cap. lxxxi.

Helchana vir iuſtꝰ ⁊ anna eiꝰ vxor ſamuelis pphe parētes īter ſctōs pſci tpis a ioſepho ⁊ hieronymo cōputātur: quorū laus tam ex primo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN